

LIBER GENESIS 13,1-18 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 Ascendit ergo Abram de Aegypto, ipse et uxor eius, & omnia quae habebat, &
Lot cum eo, ad Australem plagam.

*Et ascendit Abram ex Aegypto, ipse & uxor eius et omne quod ei, & Lot cum
eo ad meridiem.*

(E) Et ascendit Abram ex Aegypto ipse et uxor eius et omnia quaecumque erant ei et Loth cum eo in desertum Abram autem erat honestus valde pecoribus et argento et auro.

(H) Ascendit ergo Abram de Aegypto ipse et uxor eius et omnia quae habebat et Loth cum eo ad australem plagam.

Ascendit ergo Abram de Aegypto ipse et uxor eius et omnia, quae habebat, et Lot cum eo ad Nageb.

Und Abram zog hinauf von Ägypten, er und sein Weib und alles Seinige, und Lot mit ihm, dem Negeb zu.

Abram reiste von Ägypten hinauf, er und sein Weib und alles, was sein war, auch Lot mit ihm nach dem Südstrich.

2 Erat autem dives valde in possessione auri & argenti.

Et Abram gravis valde; in pecore, in argento, & in auro.

(E) Abram autem erat honestus valde pecoribus et argento et auro.

(H) Erat [Abram] autem dives [erat] valde in possessione argenti et auri.

Abram autem erat dives valde in pecoribus, argento et auro.

Und war bedeutend durch seine Herden, sein Silber und sein Gold.

Schwerreich war Abram an Vieh, an Silber und an Gold.

3 Reversusque est per iter, quo venerat a Meridie in Bethel, usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai.

Et ivit ad possessiones suas a meridie & usque ad Bethel, usque ad locum, qua fuit ibi tabernaculum eius in principio, inter Bethel, & inter Hai.

(E) Et abiit illo unde venerat in desertum usque Bethel ad locum ubi fuerat tabernaculum eius prius inter Bethel et inter Aggae.

(H) Reversusque est per iter quo venerat a meridie in Bethel usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter Bethel et inter Ai.

Et profectus est de mansione in mansionem a Nageb in Bethel usque ad locum, ubi prius fixerat tabernaculum inter Bethel et Hai,

Und er ging nach seinen Zügen vom Negeb bis Betel, bis zu der Stelle, woselbst sein Zelt am Anfang gewesen war, zwischen Betel und Ai.

Vom Südstrich ging er seinen Zughalten nach bis Bet-El, bis an den Ort, wo sein Zelt zu Beginn gewesen war, zwischen Bet-El und Ai.

4 In loco altaris quod fecerat prius, & invocavit ibi nomen Domini.

Ad locum altaris, quod fecerat ibi in principio, & invocaverat ibi Abram in nomine Domini.

(S) In loco ubi altare fecerat initio et invocaverat ibi Abram nomen domini dei.

(H) In loco altaris quod fecerat prius et invocavit ibi nomen domini.

In loco altaris, quod fecerat prius, et invocavit ibi nomen Domini.

Hin zu der Stelle des Altars, den er dort das erste Mal gemacht hatte, und Abram rief dort SEINEN Namen an.

An den Ort der Schlachtstatt, die er dort früher gemacht hatte. Dort rief Abram den N a m e n aus.

5 Sed & Lot, qui erat cum Abram, fuerunt greges ovium, & armenta, & tabernacula.

Et cepit Abram Sarai uxorem suam, & Loth filium fratris sui, & omnem Substantiam suam, quam adquisierant, & animam quam fecerant in Charan, & exiverunt ad eundum in terram Chenahan, & ingressi sunt in terram Chenahan.

(S) Et Loth qui

(S) comitabatur cum Abram et erant ei [pecora et] boves et oves et iumenta.

(M) ambulabat cum Abram erant oves et boves et tabernacula.

(H) Sed et Loth qui erat cum Abram fuerunt [ei] greges ovium et armenta et tabernacula.

Sed et Lot, qui ibat cum Abram, fuerunt greges ovium et armenta et tabernacula;

Und auch dem Lot, der mit Abram gegangen war, waren Schafe und Rinder und Zelte geworden.

Auch Lot, der mit Abram gegangen war, hatte Schafe und Rinder und Zelte.

6 Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, et nequibant habitare communiter.

Et non ferebat eos terra, id sedendum simul, quia erat substantia eorum multa, & non poterant habitare simul.

(S) Et non capiebat eos terra ut simul conmorarentur quia erat eis magna substantia et non poterant habitare simul.

(M) Et non capiebat illos terra habitare simul.

(H) Nec poterat eos capere terra ut habitarent simul erat quippe substantia

eorum [eius] multa et non quibant habitare communiter unde.

Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, et nequibant habitare communiter.

Und das Land trug sie nicht, zusammen zu wohnen; denn ihre Habe war viel, und sie konnten nicht zusammen wohnen.

Und nicht trug sie das Land, beisammen zu siedeln, denn ihres Zuchtgewinns war viel, beisammen konnten sie nicht siedeln.

7 Unde et facta est rixa inter pastores gregum Abram et Lot. Eo autem tempore Chananaeus et Pherezaeus habitabant in terra illa.

Et fuit contentio inter pastores pecoris Abram, & inter pastores pecoris Loth.

Et Chenahanaeus et Perizaeus tunc sedens in terra.

(E) Et facta est rixa inter pastores pecorum Abrae et pastores pecorum Loth.

(S) Chananaei autem et Ferezaei tunc inhabitabant terram.

(H) Et facta est rixa inter pastores gregum Abram et Loth. Eo autem tempore

Chananeus et Pherezeus habitabant in illa terra.

Unde et facta est rixa inter pastores gregum Abram et pastores gregum Lot. Eo autem tempore Chananaeus et Pherezaeus habitabant in illa terra.

Und es war Streit zwischen den Hirten der Herde Abrams und den Hirten der Herde Lots, und dabei wohnte der Kanaani und der Perisi im Lande!

Streit war zwischen den Hirten von Abrams Vieh und den Hirten von Lots Vieh. Der Kanaaniter aber saß und der Prisiter damals im Land.

8 Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quaeso sit iurgium inter me et te, et inter pastores meos et pastores tuos: fratres enim sumus.

Et dixit Abram ad Lot: Ne quaeso sit contentio inter me & inter te, & inter pastores meos, & inter pastores tuos, quia viri fratres nos.

(E) Dixit autem Abram ad Loth non sit rixa inter me et te et inter pastores meos et inter pastores tuos quia viri fratres nos sumus.

(H) Dixit ergo Abram ad Loth ne quaeso sit iurgium inter me et te et inter Pastores meos [tuos] et pastores tuos [meos] fratres enim sumus.

Dixit ergo Abram ad Lot: “Ne, quaeso, sit iurgium inter me et te et inter pastores meos et pastores tuos: fratres enim sumus.

Da sprach Abram zu Lot: „Möge doch nicht Streitigkeit sein zwischen mir und dir, und zwischen meinen Hirten und deinen Hirten, denn wie verbrüdete Männer sind wir.

Abram sprach zu Lot: Nicht sei doch Streitigkeit zwischen mir und dir, zwischen meinen Hirten und deinen Hirten, wir sind ja verbrüdete Männer!

9 Ecce universa terra coram te est: recede a me, obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.

Nonne omnis terra in conspectu tuo? Separare nunc desuper me. Si ad sinistram, ego(?) dextrabo. Si [tu] ad dextram, ego(?) sinistrabo.

(E) Ecce omnis terra ante te est recede a me si tu in sinistram ego in dextram Si tu in dextram ego in sinistram.

(H) Ecce universa terra coram te est recede a me obsecro si [tu] ad sinistram

Ieris ego ad dexteram tenebo si tu dexteram elegeris ego ad sinistram
pergam.

**Nonne universa terra coram te est? Recede a me, obsecro: si ad sinistram
ieris, ego dexteram tenebo; si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram
pergam”.**

**Ist nicht das ganze Land vor dir? Trenne dich doch von mir! Wenn nach
links, so gehe ich zur Rechten, wenn nach rechts, so gehe ich zur Linken.**

**Alles Land, liegt es nicht vor dir? Trenne dich doch von mir ab! Ist’s zur
Linken, will ich zur Rechten, ist’s zur Rechten, will ich zur Linken.**

10 Elevatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Jordanis, quae
universa irrigabatur antequam subverteret Dominus Sodomam et
Gomorrhham, sicut paradus Domini, et sicut Aegyptus venientibus in Segor.
*Et levavit Loth oculos suos, & vidit omnem planiciem Jarden quid tota ipsa
rigans, antequam disperderet Dominus Sedom, & Hamorah, sicut hortus
Domini, sicut terra Aegypti, ingrediente te Sohar.*

(S) Et adlevans oculos suos Loth circumspexit omnem regionem Iordanis
quia omnis

(M) Et levavit Loth oculos et aspexit omnem regionem Iordanis quae tota

(E) irrigabatur priusquam everteret deus Sodomam et Gomorram

sicut paradus dei et sicut terra Aegypti usquequo veniatur Zogora.

(H) Elevatis itaque Loth oculis vidit omnem circa regionem Iordanis quae

universa irrigabatur antequam subverteret dominus Sodomam et Gomorram
peregrinaretur sicut paradus domini et sicut Aegyptus venientibus in Segor.

**Elevatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quae
universa irrigabatur, antequam subverteret Dominus Sodomam et
Gomorram, sicut paradisus Domini et sicut Aegyptus usque in Segor.**

**Da erhob Lot seine Augen und sah den ganzen Umkreis des Jordan, dass
er ganz Bewässerung, bevor ER Sedom und Amora zerstört hatte; wie
SEIN Garten, wie das Land Ägypten, da man nach Soar kommt.**

**Lot hob seine Augen und sah allen Gau des Jordan, - dies alles ja war
eine Aue, ehe Er Sodom und Gomorra verdarb, wie SEIN Garten,
wie das Land Ägypten, bis wo du nach Zoar kommst.**

11 Elegitque sibi Lot regionem circa Jordanem, et recessit ab Oriente: divisique
sunt alterutrum a fratre suo.

*Et elegit sibi Loth omnem planiciem Jarden, & profectus est Loth ab oriente,
et (?) separati sunt vir desuper fratre suo.*

(E) Et elegit sibi Loth omnem regionem Iordanis et tollens Loth ab oriente
segregaverunt se unusquisque a fratre suo.

(H) Elegitque sibi Loth regionem circa Iordanem et recessit ab oriente
divisique sunt alterutrum a fratre suo.

**Elegitque sibi Lot omnem regionem circa Iordanem et recessit ad
orientem; divisique sunt alterutrum a fratre suo.**

**Da wählte sich Lot den ganzen Kreis des Jordan, und Lot brach ostwärts
auf, und so trennten sie sich einer vom andern.**

**Lot wählte sich allen Gau des Jordan. Lot zog nach Osten hin, und sie
trennten sich voneinander.**

12 Abram habitavit in terra Chanaan: Lot vero moratus est in oppidis, quae erant circa Iordanem, et habitavit in Sodomis.

Abram habitavit in terra Chenahan, & Loth habitavit in urbibus planicie, & tendit tabernaculum usque Sedom.

(S) Abram autem moratus est in terra Chanaan et Loth moratus est in civitate Regionis illius et inhabitavit in Sodomis.

(H) Abram habitavit in terra Chanaan [et] Loth moratus est in oppidis quae erant circa Iordanem et habitavit in Sodomis.

Abram habitavit in terra Chanaan; Lot vero moratus est in oppidis, quae erant circa Iordanem, et tabernacula movit usque ad Sodomam.

Abram wohnte im Lande Kanaan, und Lot wohnte in den Städten des Kikkar und zeltete bis Sedom.

Im Lande Kanaan siedelte Abram, in den Städten des Gaus siedelte Lot und zeltete bis nach Sodom.

13 Homines autem Sodomitae pessimi erant, et peccatores coram Domino nimis.

Et viri Sedom mali, & peccatores Domino valde.

(E) Homines autem Sodomitae maligni et peccatores in conspectu dei erant valde.

(H) Homines autem Sodomitae pessimi erant et peccatores coram domino nimis.

Homines autem Sodomitae pessimi erant et peccatores coram Domino nimis.

**Die Leute von Sedom aber waren schlecht und sündhaft, gar sehr vor
IHM.**

Die Männer von Sodom aber waren sehr böse und sündig vor I h m .

14 Dixitque Dominus ad Abram, postquam divisus est ab eo Lot. Leva oculos tuos, et vide a loco, in quo nunc es, ad Aquilonem, et Meridiem, ad Orientem, et Occidentem.

Et Dominus dixit ad Abram, postquam separatus est Loth de [cum] eo: Leva nunc oculos tuos, & vide a loco quo tu ibi, ad aquilonem, & ad meridiem, & ad orientem, et ad mare.

(E) Dixit autem deus ad Abram postquam recessit ab illo Loth respice oculis tuis et vide a loco in quo nunc tu es ad aquilonem et africanum et orientem et mare.

(H) Dixitque dominus ad Abram postquam divisus est Loth ab eo leva oculos tuos et vide a loco in quo nunc es ad aquilonem et ad meridiem ad orientem et ad occidentem.

Cum dixitque Dominus ad Abram, postquam divisus est Lot ab eo:

“Leva oculos tuos et vide a loco, in quo nunc es, ad aquilonem et ad meridiem, ad orientem et ad occidentem:

ER aber sprach zu Abram, nachdem dass Lot sich von ihm getrennt hatte: „Hebe nur Deine Augen und sieh von dem Orte, wo du bist, gen Norden und Süden und gen Osten und gen Westen!

E r sprach zu Abram, nachdem Lot sich von ihm getrennt hatte: Hebe doch deine Augen und sieh von dem Ort, wo du bist, nordwärts,

südwärts, ostwärts, westwärts!

15 Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo et semini tuo usque in
sempiternum.

*Quia omnem terram quam tu videns, tibi dabo eam, & semini tuo usque
in s(a)eculum.*

(E) Quoniam omnem terram quam tu vides tibi dabo eam et semini tuo in
aeternum.

(H) Omnem terram quam conspicis tibi dabo et semini tuo usque in
sempiternum.

**Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo et semini tuo usque in
sempiternum;**

**Denn das ganze Land, das du siehst, dir werde ich es geben und deinen
Nachkommen ewiglich.“**

**Denn alles Land, das du siehst, dir gebe ich es und deinem Samen auf
Weltzeit.**

16 Faciamque semen tuum sicut pulverem terrae: si quis potest hominum
numerare pulverem terrae, semen quoque tuum numerare poterit.

*Et ponam semen tuum sicut pulverem terrae: quod si potuerit vir ad
numerandum pulverem terrae, etiam semen tuum numerabitur.*

(E) Et faciam semen tuum tamquam harenam maris si potest quis enumerare
harenam maris ita et semen tuum dinumerabitur.

(H) Faciamque semen tuum sicut pulverem terrae si quis potest hominum

numerare pulverem [terrae] semen quoque tuum numerare poterit.

Faciamque semen tuum sicut pulverem terrae: si quis potest hominum numerare pulverem terrae, semen quoque tuum numerare poterit.

„Und ich mache Deine Nachkommen wie den Staub der Erde, das heißt: Kann man etwa den Staub der Erde zählen? So wird auch dein Samen nicht gezählt werden.“

Ich will deinen Samen machen wie den Staub der Erde, - dass, vermöchte jemand den Staub der Erde zu zählen, auch dein Same würde gezählt,

17 Surge, et perambula terram in longitudine & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam.

Surge, ambula in terra ad longitudinem eius, et ad latitudinem eius, quia tibi dabo eam.

(I) Surge et perambula terram in longitudine(m) eius et latitudine(m) quia tibi dabo illam et semini tuo in aeternum.

(H) Surge et perambula terram in longitudine et in latitudine sua quia tibi daturus sum eam.

Surge et perambula terram in longitudine et in latitudine sua, quia tibi daturus sum eam.”

„Steh auf, gehe umher im Land nach seiner Länge und nach seiner Breite, denn dir will ich es geben.“

Auf, ergeh dich im Land, die Länge und Breite, denn ich gebe es dir.

18 Movens igitur tabernaculum suum Abram, venit et habitavit iuxta convallem

Mambre, quae est in Hebron: aedificavitque ibi altare Domino.

Et tetendit tabernaculum Abram, & venit, & habitavit in quercu(b)(?)

Mamre, quae in Chebron: & aedificavit ibi altare Domino.

(I) Veniens habitavit iuxta quercum Mambre in Hebron et aedificavit ibi altare domino.

(H) Movens igitur Abram tabernaculum suum venit et habitavit iuxta convallem Mambre quod est in Hebron aedificavitque ibi altare domino.

Movens igitur tabernaculum suum, Abram venit et habitavit iuxta Quercus Mambre, quae sunt in Hebron, aedificavitque ibi altare Domino.

Da zeltete Abram und kam und wohnte bei den Terebinthen Mamres, die bei Hebron, und baute dort *IHM* einen Altar.

Abram zeltete und kam und setzte sich an den Steineichen des Mamre, die bei Hebron sind. Dort baute er *I h m* eine Schlachtstatt.